



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt VII [i. e. VI].

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

6 D. ALCHIMI AVITI

Naturale parant, plagam ne sentiat vllam.

Massac̄ congestis pendens absconditur extis.

Pulmo. Additur & tenui pascendus ab aere pulmo:

Vt concepta trahens lenti spiramina flatus,

Accipiat reddens reddat q uas sumpserat auras.

Perq; vices crebro pellatur anhelitus haustu.

Dextra tenet iecoris vegetandū sanguine fontē:

Quo clausum venæ spargunt per viscera flumē.

Læua in parte lien mansura sede quieuit:

Qua crines perhibet vnguesq; recrescere sectos.

Nec cōcisa dolent, quæ mox augmēta resumūt,

Et viuunt, sensuq; carent in coporis vſu.

C A P V T

VII.

POstquam perfectæ iacuit nouitatis imago.

Formatumq; lutū speciē peruenit in omnē:

Vertitur in carnem limus, durataq; moles.

Medulæ. Hinc dura è medijs traxerunt ossa medullas

Visceribus lunæ augendas crescentis ad instar.

Inseritur venis sanguis, viuoq; calore

Sanguis in Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor

venis. Pellitur & niveos depingit purpura vultus.

Inde ubi perfectis consuescit viuere membris

Totus homo, & sumant calefacta vt viscera solā

Expectant

LIBER PRIMVS.

Expectant animam; puro quā fonte creator
Promit & erectos recturam mittit in artus.
Nam lenem suaui flatum profundit ab ore,
Inspiratq̄ homini; quē protinus ille receptum,
Attrahit; & crebri discit spiraminis auras.

Anime crea-
tio.

C A P V T VII.

POstquā nascentem solers prudentia sensum
Imbuit, & puro rationis lumine fulsit;
Surgit; & erectis firmat vestigia plantis.
Tum varias cœli species, mundicq̄ figuræ
Mirantem, tali compellat voce creator.
Hec quę mundani coram pulcherrima cultus
Ornamenta vides, ornatum extensa per orbem, *Genesis. i.*
Solus habe; solusq̄ prior dominare fruendo.
Tu mihi, cuncta tibi famulentur; maximus ordo
Te parere pio tibi qui dedit omnia patri.
Non species vllę nec numina vana colantur:
Non quę uel cœlo sublime nouumq̄ coruscant;
Non quę vel terris viuunt formata vel vndis; *Idololatriæ*
Nec quod forte premēs prohibet natura uideri. *vetita.*
Visibus ista tuis, non cultibus esse memento.
Præcellis factis, factorem pronus adora.

b 4